



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt ancillæ à cellario presbyterorum remoueantur. cxiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC

De eadem re. Cap. CXI.

Ex eodem
cap. 4.

STATUTUM EST AB EPISCOPIS, DE PRESBYTERIS QUI FEMINAS SECUM INDISCRETÉ HABITARE PERMITTUNT, & PROPTER HOC MALÆ OPINIONIS SUSPICIONE DENOTANTUR, & SI DEinceps ADMONITI NON SE CORREXERINT, VELUT CONTEMPTORES SATORUM CANONUM CANONICA INUCTIONE FERIANTUR.

De eadem re. Cap. CXII.

Ex cōcil.
Agatēsi
cap. 3.

IDE ETIAM AD CUSTODIENDAM VITAM & FAMAM SPECIALI ORDINATIONE PRÆCIPIMUS, VT NULLUS CLERICORUM EXTRANEÆ SÆMULIERI QUALIBET CONSOLATIONE AUT FAMILIARITATE CONIUGIUS, & NON SOLÙM IN DOMUM ILLIUS EXTRANEAM MULIEREMLI ACCEDAT, SED NEC IPSE FREQUENTANDI EXTRANEAM MULIEREM HIBEAT POTES TATEM, SED CUM MATERE TANTUM & SORORE & NEPTE, SI HABUERIT AUT VOLUERIT, VIUĒDI LIBERAM HABEAT POTES TATEM, DE QUIBUS NOMINIBUS NEFAS EST ALIUD QUAM NATURA CONSTITUIT SUSPICARI.

Ut ancille à cellario presbyterorum remoueantur.

Caput CXIII.

Ex cōcil. **A**NCILLAS VEL LIBERTAS À CELLARIO VEL À SECRETO MINISTERIUM, & AB EADEM MANSIONE IN QUA CLERICUS MANET PLACUIT REMOURETI.

Quod diaconi, sicut episcopus & presbyter, cessare debent ab opere coniugali. Cap. CXIII.

Ex epist. **L**EX CONTINENTIA Eadem est altaris ministris, quæ episcopis atque presbyteris. Qui cùm essent laici, siue lectores, licet & vxores ducere, & filios procreare potuerunt, sed cùm ad prædictos peruenierint gradus, cœpit eis non licere quod licuit. Vnde, vt de carnali fiat spiritale coniugium, oportet eos nec dimittere vxores, & quasi nō habeat sic habere, quo & salua sit charitas connubiorum, & cessent opera nuptiarum.

De eadem re. Cap. CXVI.

Ex cōcil. **E**T quia diabolo nullum locum dare oportet, hoc præcipue custodiendum decreuimus, vt nulli clerici cum extraneis fœminis habeat familiaritatem, nec ullum malo loquendi vel sentiendi hominibus aditum tribuat, quia fre-